

rum Dei dilecto filio Urso Duci Veneciae. Cfr. DANDOLI, *Cronica*, ed. cit., p. 113.

Dilectissimo fratri Antonino Gregorius. Quia peccato faciente Ravennantium civitas, que caput extat omnium, ab nec dicenda gente Longobardorum capta est, et filius noster eximius dominus exarchus apud Venecias, ut cognovimus, moratur, debeat tua fraterna sanctitas ei adaerere et cum eo nostra vice pariter decertare, ut ad pristinum statum sanctae reipublicae et imperiali servizio dominorum filiorumque nostrorum Leonis et Constantini, magnorum imperatorum, ipsa revocetur Ravennantium civitas, ut zelo et amore sanctae fidei nostrae in statu reipublicae et imperiali servizio firmi persistere, Domino cooperante, valeamus.

Deus te incolumen custodiat, dilectissime frater.

27. - 743, 6 giugno. *Sentenza di re Liutprando per la diocesi di Oderzo.*

FONTE: Arch. Stato, Venezia, Miscellanea atti diplomatici misti, n. 2, già Atti dipl. misti, ser. III, n. 214.

EDIZ.: Botteon, *Un prezioso documento riguardo alle origini del vescovado di Ceneda*, Conegliano, 1898, p. 4 segg.; Chroust, *Untersuchungen über die langobardischen Königs- und Herzogs-Urkunden*, Graz, 1888, p. 207 sg.

In generale fu dubitato dell'autenticità del documento, strenuamente difesa dal Botteon: Esso andò soggetto a qualche leggera contaminazione formale, ma nella sostanza è autentico. Cfr. CESSI, *La crisi ecclesiastica veneziana al tempo del duca Orso*, in « Atti del R. Istit. Veneto di Scienze, lettere ed arti », to. LXXXVII, p. II, p. 829 sgg.

In nomine domini Dei aeterni. Liutprandus, supernae concessionis largitate rex. Manifesta res est atque probabilis, quoniam ante hos annos, priusquam civitas Opitergina a Langobardis capta fuisset, ibi sedes episcopalis inveniebatur antiquitus posita. Sed, postquam ipsa civitas a Langobardis comprehensa est, episcopus Fororoulianus, Tarvisianus et Pataviensis ipsam parochiam inter se diviserunt, et effecta est ipsa sedes Opitergina quasi vacua et sine omni patrimonio. Tempore autem nostro accessit ad nos